

Ociositas h  
cum fontibus primis

Ociositas mater est nugarum,  
nouerca omnium uirtutum.

Fugienda proinde  
otiositas, mater nugarum,  
noverca uirtutum.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione libri V.*, 2, 22 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.429, ll.19-20).

Ipsa enim  
est que uirum fortem fortissime  
precipitat in reatum.

Solitudo  
est, quae uirum fortem fortissime  
praecipitat in reatum;  
ea enim mediante, honestas impudicitiae arma sua reddit, degenerat sanctioris vitae propositum, et odoriferae opinionis gloria damnabiliter evanescit. Dum Parisiis operam studiis dabas, publice dicebatur, quod in hac humana conversatione te angelum exhibebas; vereor, ne qui de homine in angelum transieras, de angelo in hominem revertaris. Nam iuxta sententiam Veritatis, spiritus immundus ambulans per loca deserta et arida, et non inueniens requiem (apud quiescentem in otio quietem inuenit) assumensque septem spiritus nequiores se, domum vacantem, et scopis disciplinalibus mundatam inuenit, vacantem occupat, ac novissima hominis illius in pejora convertit. Diu te invitavi ad scholarem militiam, diu clamavi, et laboravi clamans, ne abhoreas hunc laborem vere laboravi. Suadere enim et non persuadere, hoc labor est ante me. Sane laborem et duritiem theologicae facultatis non debebas abhorrere: scholastici namque hominis labor non est in operibus, sed in verbis: et ut verbo Salomonis utar: *Omnis labor hujusmodi hominis in ore ipsius*. Certe praecepta sua, et sciri et custodiri vult Dominus cum labore: nam et ipse est, *qui fingit laborem in praecepto*. Unde et justus scire atque custodire desiderans verba et praecepta, quae de labiis [Altissimi processerunt, dicit Propheta: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras*. Adhuc rogo te, ne timeas aut differas hunc laborem. Effeminari quidem otio, et torpere pigritia, nihil aliud est quam suffocare uirtutem, nutrire  
superbiam uiamque construere ad gehennam.

Facit enim  
suffocare uirtutem, nutrire  
superbiam, et uiam construere ad gehennam.

Bernardus in sermone.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 9 (PL 207, col.26C-27A).